



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvrghensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Additiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

ADDITIONES.

Compertum quidem habeo de Monasterio *Mannsee* extare Diploma *Arnulphi* Imp. anno 898. item *Ottonis III.* ann. 953. *Henrici III.* Reg. Imp. II. & *Henrici* de an. 1063. quæ ad manus meas hucusque non peruenerunt: sicut nec Instrumentum venditionis huius Ecclesiæ à *Patauien.* *Salisburgen.* factæ: quod *Salisburgi* reperiri audio.

MANSEE MONASTERIUM ORDINIS S. BENEDICTI.

VTILO Dux, ex instinctu *S. Pyrimnij,* Episcopi *Metensis,* Monaster. prope *Menen lacum Noricorū* construxit, circa annum 739. *Auentinus* in *Anna-* lib. folio 291. 316. *Mansee Noricorum* ædem, ab Episcopis *Ratisbonensibus,* in paupertatem redactam, sacris *D. Benedicti* imposto Magistro reddidit Imperator *Henricus sanctus.* Idem *Auentinus* folio 507. *Baturicus* Episcopus *Ratisbonensis* hoc Monasterium ab *Hemma Regina Boiorum* impetrarat, anno 831. Ipsa ab eodem superius Monasteriū *Ratisbonense* receperat. *Auentinus* ibidem. Insuper est autem hoc Monasterium cæteris *Bauaricis,* quod à Principibus *Bauariæ* institutum; Et quia olim vnà cum eiusdem Monast. Aduocatia, castro ac dominio *Wildeneck,* sub quo situm est, spectabat ad Principes inferioris *Bauariæ,* quæ post bellum *Bauaricum* *Cæsari Maximiliano,* cum multis aliis dominiis nomine interesse seu expensarum factarum ab *Alberto,* Duce *Bauariæ,* data sunt, incorporata *Austriæ* super *Anassum,* Archiepiscopis *Salisburgenibus* pluribus annis oppignorata; demum à statibus *Prouincialibus* super *Anassum* redempta; hodie *Austriacos* agnoscunt suos Dominos.

ADDITIONES.

Monasterium *Lunalacense,* al. *Lunalacus, Lunelach, Mannsee* situm in ea *Ba-* *uarie* parte, quæ terra supra *Anassum* viciniſſima, & penè cõtigua est, ad lacu- *Ex R. Pi* *Caroli III.* *gelij Monæ-* *sterologia.* eius nominis, & elegantem maream inter *Alpes Iulias.* fundat. circa an. 739. vel iuxta alios, 748. ab *Vtilone Boiorum* Duce in honorẽ *S. Petri* Principis *Apostolorum* & *S. Michaelis* Archangeli. Confirmauit foundationem Dux *Thassilo Vtilonis* filius, ann. 771. addit. multis redditibus, censibus, prædiis, curtibus, grangiis, pratis & hominibus in *Rottal, Maligoeuv,* & *Atergoeuv.*

Abbas primus fuit *Opportunus* ab an. 748. præfuit an. 32. obiit an. 781. Kalen. Ianuar.

Henricus cum *Arnone Salisburgen.* Episcopo *Romam* missus an. 787. rogantes *Adrianum* PP. vt pacem conciliaret inter *Carolus* Magnum, & Ducẽ *Thasilonem.* Huic Abbati Archiepiscopus *Arno* postea dedit Ecclesiã *S. Martini* in *Stras-* *walch.*

Lambertus interuentu nobilium Comitum *Ernesti* & *Alberti* à Rege *Ludou-* *ico* obtinuit territorium in *Abernsee,* posterioribus sæculis à *S. VVolfgango* deno- minatum, cum toto nemore circumiacente, Donatio facta in *Transtorph.* an. 819. Anno. 831. Rex *Ludouicus Ludouici* Imp. filius, ad petitionem reginæ *Hemma,* vxoris suæ, in permutationem dedit Monasterium *Mannsee* *Baturico* Episcopo *Ratisbonen.* pro Monasterio superiori *B. Mariæ* virginis *Ratisbona.* *Obermünster* dicto.

Post animum *Hungari* Monasterium scedẽ vastarunt. *S. Henricus* Imp. eidẽ omnia ablata restituit fecit, ita vt alter fundator merito dici debeat.

Vid. Tom. 1
Metrop.
pag. 189.